



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ


Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

(o)



LECTORI.

Quemadmodum olim Ethnica Roma fuit Regina mundi, ita etiamnum Christiana Caput est Orbis terrarum, & inter omnes Urbes principatum tenet; Est namque juxta S. Athanasium Serm. ad solit. vit. agentes. Metropolis Orbis Christiani, & Thronus Apostolicus, Sedesque Vicarii Christi, ac Successoris Petri, hoc est, Pontificis Romani. Hic imperium suum dilatavit longe ultra fines, quos in terraquo globo descripserant sibi olim victoriis suis antiqui Romani, cum subiectos habeat pedo & Sceptro suo Spiritu-

Spirituali omnes, qui Christum
adorant, totius Orbis incolas,
adeo ut primi etiam mundi Mo-
narchæ non deditigentur capita
sua coronata ad osculum San-
ctissimorum illius pedum demit-
tere, ab eodem responsa expe-
ctare, ejusque legibus, monitis,
Et consiliis tanquam filii obse-
quentes, Et fideles obtempera-
re. Quare cum universus penè
Orbis terrarum supplex quotidie
à Romano Pontifice tanquam su-
premo in terris Legislatore, ac
Judice Rescripta postulet, isque
solus per se omnibus satisfacere,
Et responsa cuique dare non pos-
sit, varii instituti sunt Senatus,
Congregationes, Et Tribunalia,
qua illum sub hoc immenso ne-
gotiorum onere pressum suble-
uent.

vent, eique opportuno consilio,
et opera quotidiana assistant.
Horum vero Judiciorum et
Tribunalium auctoritate Ponti-
ciâ in Urbe institutorum ob re-
rum causarumque multitudi-
nem tantus est numerus, ut in-
moderata prorsus eorum turba
videatur, quæ exteri vix com-
putare, nedum perspicere pos-
sunt, et Curiales, priusquam
stylum eorum et rem ipsam ad-
discant, teste *Vestrio Viro* in
Curiâ Romanaâ versatissimo, se-
nescere soleant. Quare cum ad
prælum pararem *Introductionem*
ad *Jus Canonicum*, in qua qua-
stionem institueram, an decre-
ta quarundam Congregationum
Cardinalium, et decisiones ali-
orum Tribunalium jus face-
rent

(o)
rent universale, quod omnes in
Orbe fideles obligaret, additâ
succinctâ earundem Congrega-
tionum, & Tribunalium descri-
ptione, auctores mihi fuerunt
quidam ex amicis, & adhor-
tati sunt, ut omnium in Urbe
Judiciorum, & celebriorum
Conventuum formam rudi meo
calamo aliquo saltem modo ad-
sumbrarem, ut ex hac descriptio-
ne, tanquam ex umbratili ima-
gine rem ipsam colligere quodam-
modo possint ij, qui harum Con-
gregationum, & Tribunalium
vel nullam, vel exiguum ha-
bent cognitionem. Parui horum
voluntati, & consilio, atque hanc,
quam exhibeo, Notitiam ex pro-
batis auctoribus concessi, que
ob oculos ponit Congregationum,

)()(&

¶ Tribunalium Romæ institu-
torum originem, formam ¶
finem, ut non solum Tyrone, ¶
¶ ii, qui in Curiâ Romanâ ne-
gotia expediri cupiunt, explora-
tiorem in eâ reperiant viam, quæ
cæteroquin inextricabili cuidam
Labyrintho etiam à longo usu ex-
ercitatis comparari solet, sed
etiam ut cæteri Judices ¶ Ma-
gistratus normam videant Tribu-
nalium illius Urbis, quæ domi-
cillum est Legum, ut inquit Si-
donius l. i. Epist. 6. ¶ illius
Curiæ, quæ Mater est, ¶ Magi-
stra cæterarum Curiarum, cu-
jusmodi ab omnibus Orthodoxis
recipitur, ¶ honoratur. Gon-
zalez ad Reg. Cancel. glof. 13.
§. I. n. 12. Nihil vero, quod ad
praxin ¶ usum Congregatio-
num

¶(○)¶

num & Tribunalium illorum
spectat, hic adducam, quod de-
sumptum non sit, vel ex Constitu-
tionibus Summorum Pontifi-
cum, vel ex Auctoribus in Cu-
riâ Românâ variisque Congre-
gationibus plurimum versatis,
vel etiam ex libris in Urbe im-
pressis, aut approbatis. Cuncta
insuper in hoc opere conten-
ta, judicio & correctioni S.
Matris Ecclesiae Sedisque Apo-
stolicæ, adjunctâ protestatione,
de qua in c. Hæc est fides. 24.

q. I. animo lubentissimo
submitto.



IN-